



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Imitatione Christi**

**Thomas <von Kempen>**

**Antverpiae, 1607**

Liber Quartvs. De augustissimo Eucharistiæ Sacramento.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48701](#)

## LIBER QVARTVS.

*De augustissimo Eucharistia  
Sacramento.*

## Capita Libri quarti.

**C**Vm quanta reuerentia , Christus sit suscipiendus. Cap. 1

Quod magna bonitas & charitas Dei, in hoc Sacramento, homini exhibetur. 2

Quod vtile sit, sèpè communicare. 3

Quod multa bona præstantur, deuotè communicantibus. 4

De dignitate Sacramenti, & statu sacerdotali. 5

Interrogatio de exercitio, ante communio- nem. 6

De discussione propriæ conscientiæ, & emenda- tionis proposito. 7

De oblatione Christi in cruce, & propria resignatione. 8

Quod nos & omnia nostra, Deo debemus offerre, & pro omnibus orare. 9

Quod sacra communio, de facili non est relinquenda. 10

Quod corpus Christi, & sacra Scriptura maximè sunt animæ fideli necessaria. 11

Quod

- 1 S.  
2  
3 us sit  
4 sp. 1  
5 n hoc  
6 2  
7 3  
8 com-  
9 erdo-  
10 unio-  
11 men-  
12 opria-  
13 emus  
14 9  
15 st re-  
16 10  
17 11  
18 Quidd  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
697  
698  
699  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
797  
798  
799  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
897  
898  
899  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
997  
998  
999  
999  
1000  
1001  
1002  
1003  
1004  
1005  
1006  
1007  
1008  
1009  
1009  
1010  
1011  
1012  
1013  
1014  
1015  
1016  
1017  
1018  
1019  
1019  
1020  
1021  
1022  
1023  
1024  
1025  
1026  
1027  
1028  
1029  
1029  
1030  
1031  
1032  
1033  
1034  
1035  
1036  
1037  
1038  
1039  
1039  
1040  
1041  
1042  
1043  
1044  
1045  
1046  
1047  
1048  
1049  
1049  
1050  
1051  
1052  
1053  
1054  
1055  
1056  
1057  
1058  
1059  
1059  
1060  
1061  
1062  
1063  
1064  
1065  
1066  
1067  
1068  
1069  
1069  
1070  
1071  
1072  
1073  
1074  
1075  
1076  
1077  
1078  
1079  
1079  
1080  
1081  
1082  
1083  
1084  
1085  
1086  
1087  
1088  
1089  
1089  
1090  
1091  
1092  
1093  
1094  
1095  
1096  
1097  
1097  
1098  
1099  
1099  
1100  
1101  
1102  
1103  
1104  
1105  
1106  
1107  
1108  
1109  
1109  
1110  
1111  
1112  
1113  
1114  
1115  
1116  
1117  
1118  
1119  
1119  
1120  
1121  
1122  
1123  
1124  
1125  
1126  
1127  
1128  
1129  
1129  
1130  
1131  
1132  
1133  
1134  
1135  
1136  
1137  
1138  
1139  
1139  
1140  
1141  
1142  
1143  
1144  
1145  
1146  
1147  
1148  
1149  
1149  
1150  
1151  
1152  
1153  
1154  
1155  
1156  
1157  
1158  
1159  
1159  
1160  
1161  
1162  
1163  
1164  
1165  
1166  
1167  
1168  
1169  
1169  
1170  
1171  
1172  
1173  
1174  
1175  
1176  
1177  
1178  
1179  
1179  
1180  
1181  
1182  
1183  
1184  
1185  
1186  
1187  
1188  
1189  
1189  
1190  
1191  
1192  
1193  
1194  
1195  
1196  
1197  
1197  
1198  
1199  
1199  
1200  
1201  
1202  
1203  
1204  
1205  
1206  
1207  
1208  
1209  
1209  
1210  
1211  
1212  
1213  
1214  
1215  
1216  
1217  
1218  
1219  
1219  
1220  
1221  
1222  
1223  
1224  
1225  
1226  
1227  
1228  
1229  
1229  
1230  
1231  
1232  
1233  
1234  
1235  
1236  
1237  
1238  
1239  
1239  
1240  
1241  
1242  
1243  
1244  
1245  
1246  
1247  
1248  
1249  
1249  
1250  
1251  
1252  
1253  
1254  
1255  
1256  
1257  
1258  
1259  
1259  
1260  
1261  
1262  
1263  
1264  
1265  
1266  
1267  
1268  
1269  
1269  
1270  
1271  
1272  
1273  
1274  
1275  
1276  
1277  
1278  
1279  
1279  
1280  
1281  
1282  
1283  
1284  
1285  
1286  
1287  
1288  
1289  
1289  
1290  
1291  
1292  
1293  
1294  
1295  
1296  
1297  
1297  
1298  
1299  
1299  
1300  
1301  
1302  
1303  
1304  
1305  
1306  
1307  
1308  
1309  
1309  
1310  
1311  
1312  
1313  
1314  
1315  
1316  
1317  
1318  
1319  
1319  
1320  
1321  
1322  
1323  
1324  
1325  
1326  
1327  
1328  
1329  
1329  
1330  
1331  
1332  
1333  
1334  
1335  
1336  
1337  
1338  
1339  
1339  
1340  
1341  
1342  
1343  
1344  
1345  
1346  
1347  
1348  
1349  
1349  
1350  
1351  
1352  
1353  
1354  
1355  
1356  
1357  
1358  
1359  
1359  
1360  
1361  
1362  
1363  
1364  
1365  
1366  
1367  
1368  
1369  
1369  
1370  
1371  
1372  
1373  
1374  
1375  
1376  
1377  
1378  
1379  
1379  
1380  
1381  
1382  
1383  
1384  
1385  
1386  
1387  
1388  
1389  
1389  
1390  
1391  
1392  
1393  
1394  
1395  
1396  
1397  
1397  
1398  
1399  
1399  
1400  
1401  
1402  
1403  
1404  
1405  
1406  
1407  
1408  
1409  
1409  
1410  
1411  
1412  
1413  
1414  
1415  
1416  
1417  
1418  
1419  
1419  
1420  
1421  
1422  
1423  
1424  
1425  
1426  
1427  
1428  
1429  
1429  
1430  
1431  
1432  
1433  
1434  
1435  
1436  
1437  
1438  
1439  
1439  
1440  
1441  
1442  
1443  
1444  
1445  
1446  
1447  
1448  
1449  
1449  
1450  
1451  
1452  
1453  
1454  
1455  
1456  
1457  
1458  
1459  
1459  
1460  
1461  
1462  
1463  
1464  
1465  
1466  
1467  
1468  
1469  
1469  
1470  
1471  
1472  
1473  
1474  
1475  
1476  
1477  
1478  
1479  
1479  
1480  
1481  
1482  
1483  
1484  
1485  
1486  
1487  
1488  
1489  
1489  
1490  
1491  
1492  
1493  
1494  
1495  
1496  
1497  
1497  
1498  
1499  
1499  
1500  
1501  
1502  
1503  
1504  
1505  
1506  
1507  
1508  
1509  
1509  
1510  
1511  
1512  
1513  
1514  
1515  
1516  
1517  
1518  
1519  
1519  
1520  
1521  
1522  
1523  
1524  
1525  
1526  
1527  
1528  
1529  
1529  
1530  
1531  
1532  
1533  
1534  
1535  
1536  
1537  
1538  
1539  
1539  
1540  
1541  
1542  
1543  
1544  
1545  
1546  
1547  
1548  
1549  
1549  
1550  
1551  
1552  
1553  
1554  
1555  
1556  
1557  
1558  
1559  
1559  
1560  
1561  
1562  
1563  
1564  
1565  
1566  
1567  
1568  
1569  
1569  
1570  
1571  
1572  
1573  
1574  
1575  
1576  
1577  
1578  
1579  
1579  
1580  
1581  
1582  
1583  
1584  
1585  
1586  
1587  
1588  
1589  
1589  
1590  
1591  
1592  
1593  
1594  
1595  
1596  
1597  
1597  
1598  
1599  
1599  
1600  
1601  
1602  
1603  
1604  
1605  
1606  
1607  
1608  
1609  
1609  
1610  
1611  
1612  
1613  
1614  
1615  
1616  
1617  
1618  
1619  
1619  
1620  
1621  
1622  
1623  
1624  
1625  
1626  
1627  
1628  
1629  
1629  
1630  
1631  
1632  
1633  
1634  
1635  
1636  
1637  
1638  
1639  
1639  
1640  
1641  
1642  
1643  
1644  
1645  
1646  
1647  
1648  
1649  
1649  
1650  
1651  
1652  
1653  
1654  
1655  
1656  
1657  
1658  
1659  
1659  
1660  
1661  
1662  
1663  
1664  
1665  
1666  
1667  
1668  
1669  
1669  
1670  
1671  
1672  
1673  
1674  
1675  
1676  
1677  
1678  
1679  
1679  
1680  
1681  
1682  
1683  
1684  
1685  
1686  
1687  
1688  
1689  
1689  
1690  
1691  
1692  
1693  
1694  
1695  
1696  
1697  
1697  
1698  
1699  
1699  
1700  
1701  
1702  
1703  
1704  
1705  
1706  
1707  
1708  
1709  
1709  
1710  
1711  
1712  
1713  
1714  
1715  
1716  
1717  
1718  
1719  
1719  
1720  
1721  
1722  
1723  
1724  
1725  
1726  
1727  
1728  
1729  
1729  
1730  
1731  
1732  
1733  
1734  
1735  
1736  
1737  
1738  
1739  
1739  
1740  
1741  
1742  
1743  
1744  
1745  
1746  
1747  
1748  
1749  
1749  
1750  
1751  
1752  
1753  
1754  
1755  
1756  
1757  
1758  
1759  
1759  
1760  
1761  
1762  
1763  
1764  
1765  
1766  
1767  
1768  
1769  
1769  
1770  
1771  
1772  
1773  
1774  
1775  
1776  
1777  
1778  
1779  
1779  
1780  
1781  
1782  
1783  
1784  
1785  
1786  
1787  
1788  
1789  
1789  
1790  
1791  
1792  
1793  
1794  
1795  
1796  
1797  
1797  
1798  
1799  
1799  
1800  
1801  
1802  
1803  
1804  
1805  
1806  
1807  
1808  
1809  
1809  
1810  
1811  
1812  
1813  
1814  
1815  
1816  
1817  
1818  
1819  
1819  
1820  
1821  
1822  
1823  
1824  
1825  
1826  
1827  
1828  
1829  
1829  
1830  
1831  
1832  
1833  
1834  
1835  
1836  
1837  
1838  
1839  
1839  
1840  
1841  
1842  
1843  
1844  
1845  
1846  
1847  
1848  
1849  
1849  
1850  
1851  
1852  
1853  
1854  
1855  
1856  
1857  
1858  
1859  
1859  
1860  
1861  
1862  
1863  
1864  
1865  
1866  
1867  
1868  
1869  
1869  
1870  
1871  
1872  
1873  
1874  
1875  
1876  
1877  
1878  
1879  
1879  
1

*Deuota exhortatio, ad sacram  
Communionem.*

VOX CHRISTI.

*Mat. 11*

*Joan. 6.*

*Mat. 26*

*Cor. 11.*

*Joan. 6.*



Enite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, dicit Dominus. Panis, quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: Hoc facite in meam commemorationem. Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, innemat, & ego in illo. Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.

CAP. I.

*Cum quanta reverentia, Christus  
sit suscipiens.*

VOX DISCIPULI.

**H**Æc sunt verba tua Christe, veritas æterna, quamuis non unum tempore prolata, nec uno in loco conscripta. Quia ergo tua sunt, & vera, gratanter mihi & fideliter, cuncta sunt accipienda. Tua sunt, & uera promissio.

listi : & mea quoque sunt , quia pro salute mea ea edidisti . Libenter suscipio ea ex ore tuo , ut arctus inseratur cordi meo . Excitant me verba tantæ pietatis , plena dulcedinis & dilectionis . Sed terrent me delicta propria : & ad capienda tanta mysteria , me reuerberat impura conscientia . Prouocat me dulcedo verborum tuorum , sed onerat me multitudo vitiorum meorum .

2 Iubes , vt fiducialiter ad te accedam , si tecum velim habere partem : & vt immortalitatis accipiam alimoniam , si æternam cupiam obtinere vitam & gloriam . Venite , inquis , ad me Mat. 11. omnes qui laboratis & onerati estis , & ego reficiam vos . O dulce & amicabile verbum in aure peccatoris , quod tu , Domine Deus meus , egenum & pauperem inuitas , ad communionem tui sanctissimi corporis . Sed quis ego sum Domine , vt ad te præsumam accedere ? Ecce , cæli cælorum te non capiunt , & tu dicas ; Venite ad me omnes . Mat. 11.

3 Quid sibi vult ista piissima dignatio , & tam amicabilis in uitatio ? Quomodo ausus ero venire , qui nihil boni mihi conscius sum , vnde possum præ-

M 2 Sumere ?

sumere? Quomodo te introducam in  
domum meam, qui saepius offendis  
benignissimam faciem tuam? Reue-

*Mat. 11.* reuerentur Angeli & Archangeli, metuunt

*Sancti & iusti*, & tu dicis: Venite ad  
me omnes? Nisi tu Domine hoc dice-  
res, quis verum esse crederet? Et nisi tu

iuberet, quis accedere attetaret? Ecce,

*Genes. 6.* Noë vir iustus in arcæ fabrica, centum  
annis laborauit, ut cum paucis salua-  
retur: & ego quomodo me potero una  
hora præparare, ut mundi fabricato-  
rem, cum reuerentia sumam?

*Exod. 25.* 4 Moyses famulus tuus magnus, &

*& 26.* specialis amicus tuus, arcam ex lignis  
imputribilibus fecit, quam & mun-  
dissimo vestiuit auro, ut tabulas legis  
in ea reponeret: & ego putrida creatu-  
ra, audebo te conditorem legis, ac vita-

*3. Reg. 6.* datorem, tam facile suscipere? Salomon  
sapientissimus regum Israël, templum  
magnificum septem annis, in laudem

*3. Reg. 8.* nominis tui ædificauit: & octo diebus  
festum dedicationis eius celebrauit:  
mille hostias pacificas obtulit: & ar-  
cam fœderis in clangore buccinæ &  
iubilo in locum sibi præparatum so-  
lemniter collocauit. Et ego infelix &

pau-

paupertimus hominum, quomodo te  
in domum meam introducam, qui vix  
mediā expendere deuotè noui horam?  
& vtinā vel semel dignè ferè medium.

5 O mi Deus, quantum illi, ad pla-  
cendum tibi, agere studuerunt. Heu,  
quām pusillum est, quod ago: quām  
breue expleo tempus, cùm me ad com-  
municandum dispono. Rarò totus col-  
lectus, rarissimè ab omni distractione  
purgatus. Et certè in tua salutari deita-  
tis præsentia, nulla deberet occurrere  
indecens cogitatio, nulla etiam occu-  
pare creatura: quia non Angelum, sed  
Angelorum Dominum, suscepturnus  
sum hospitio.

6 Est tamen valdè magna distantia,  
inter arcam sœderis cum suis reliquiis,  
& mundissimum corpus tuum cum  
suis ineffabilibus virtutibus: inter le-  
galia illa sacrificia futurorum præfi-  
guratiua, & verā tui corporis hostiam,  
omnium antiquorum sacrificiorum  
cōpletiuam. Quare igitur non magis,  
ad tuam venerabilem inardesco præ-  
sentiam? Cur non maiori me præparo  
sollicitudine, ad tua sancta sumenda:  
quando illi antiqui sancti Patriarchæ

M 3 &

& Prophetæ, Reges quoque & Principes, cum vniuerso populo, tantum deuotionis demonstrarunt affectum, erga cultum diuinum?

**a. Reg. 6** 7 Saltauit deuotissimus Rex David coram arca Dei totis viribus, recolens beneficia olim indulta patribus: fecit diversi generis organa, psalmos edidit, & cantari instituit cum latitiae, cecinit & ipse frequenter in cithara, Spiritus sancti afflatus gratia, docuit populum Israël toto corde Deum laudare, & ore consono diebus singulis benedicere & prædicare. Si tanta agebatur tunc deuotio, ac diuinæ laudis extitit recordatio coram arca testamenti: quanta nunc mihi, & omni populo Christiano, habenda est reuerentia & deuotio, in præsentia Sacramenti, in sumptione excellentissimi corporis Christi?

8 Currunt multi ad diuersa loca, pro visitandis reliquiis Sanctorum: & mirantur auditis gestis eorum, ampla ædificia templorum inspiciunt, & osculantur sericis & auro inuoluta sacra ossa ipsorum. Et ecce, tu præsens es hic apud me in altari, Deus meus, Sanctus san-

sandorum, creator omnium, & Dominus Angelorum. Sæpè in talibus videndis curiositas est hominum, & nouitas inuisitorum, & modicus reportatur emendationis fructus: maximè ubi est tam leuis, sine vera contritione, discursus. Hic autem in Sacramento altaris, totus præsens es, Deus meus, homo Christus Iesus: ubi & copiosus percipitur æternæ salutis fructus, quotienscumque fueris dignè ac deuotè suscepimus. Ad istud verò non trahit leuitas aliqua, nec curiositas aut sensualitas: sed firma fides, deuota spes, & sincera charitas.

9 O inuisibilis conditor mundi Deus, quām mirabiliter agis nobiscū: quām suauiter & gratiōsē cum electis tuis disponis, quibus temetipsū in Sacramento sumēdum proponis. Hoc namque omnem intellectum superat: hoc specialiter deuotorum corda trahit & accedit affectum. Ipsi enim veri fideles tui, qui totam vitam suam ad emendationem disponunt, ex hoc dignissimo Sacramento, magnam deuotionis gratiam, & virtutis amorem, frequenter recipiunt.

M 4      10 O ad-

10 O admirabilis & abscondita gratia Sacramenti, quam norunt tantum Christi fideles: infideles autem, & peccatis seruientes, experiri non possunt. In hoc Sacramento confertur spiritualis gratia, & reparatur in anima virtus amissa: & per peccatum deformata, redit pulchritudo. Tanta est aliquando hęc gratia, ut ex plenitudine collatæ deuotionis, non tantum mens, sed & debile corpus, vires sibi præstas sentiat ampliores.

11 Dolendum tamen valdè & miserandum, super tepiditate & negligētia nostra, quòd non maiori affect one trahiimur ad Christum sumendum: in quo tota spes saluandorum consistit, & meritum. Ipse enim est sanctificatio nostra, & redemptio: ipse consolatio viatorum, & sanctorum æterna fructio. Dolendum itaque valdè, quòd multi tam parum hoc salutare mysterium aduertunt, quòd cælum lætitiat, & mundum conseruat vniuersum. Heu cæcitas, & duritia cordis humani, tam ineffabile donum non magis attendere, & ex quotidiano vsu, etiam ad inaduententiam defluere.

12. Si

12 Si enim hoc sanctissimum Sacramentum, in uno tantum celebraretur loco, & ab uno tantum consecraretur sacerdote in mundo: quantò putas desiderio ad illum locum, & ad talem Dei sacerdotem, homines afficerentur, ut diuina mysteria celebrari audirent? Nunc autem multi facti sunt sacerdotes, & in multis locis offertur Christus: ut tanto maior appareat gratia, & dilectio Dei ad hominem: quantò latius est sacra communio, diffusa per orbem. Gratias tibi Iesus v bone, pastor æterne, qui nos pauperes & exules dignatus es pretioso corpore & sanguine tuo reficere: & ad haec mysteria percipienda, etiam proprij oris tui alioquio, inuitare dicendo: Venite ad Mat. xx me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.

## CAP. II.

*Quod magna bonitas & charitas Dei, in  
Sacramento, homini exhibetur.*

## VOX DISCIPULI.

I **S**uper bonitate tua, & magna misericordia tua Domine confisus, accedo æger ad saluatorem, cfuriens &  
M s sitiens

sitiens ad fontem vitæ , egenus ad Regem cæli, seruus ad dominum, creatura ad creatorē , desolatus ad meum pium consolatorem . Sed vnde hoc mihi , vt venias ad me ? Quis ego sum , vt præstes mihi te ipsum ? Quomodo audet peccator , coram te apparere ? & tu quomodo dignaris , ad peccatorem venire ? Tu nosti seruum tuum , & scis quia nil boni in se haber , vnde hoc illi præstes . Confiteor igitur vilitatem meam , agnosco tuam bonitatem , laudo pietatem , & gratias ago propter nimiam charitatem . Propter temetipsum enim hoc facis , non propter mea merita : vt bonitas tua mihi magis innotescat , charitas amplior ingeratur , & humilitas perfectius commendetur . Quia ergo tibi hoc placet , & tu sic fieri iussisti , placet & mihi dignatio tua , & utinam iniquitas mea non obstat .

2 O dulcissime & benignissime Iesu , quanta tibi reuerentia & gratiarum actio cum perpetua laude , pro susceptione factri corporis tui debetur , cuius dignitatem nullus hominum explicare potens inuenitur . Sed quid cogitabo in hac communione , in accesu ad

Domini

Dominum meum, quem debitè venerari nequeo, & tamen deuotè suscipere desidero? Quid cogitabo melius & salubrius, nisi meipsum totaliter humiliando coram te, & tuam infinitam bonitatem exaltando supra me? Laudo te, Deus meus, & exalto in æternum. Despicio me, & subiicio tibi, in profundum vilitatis meæ.

3 Ecce tu Sanctus sanctorum, & ego sordes peccatorum. Ecce tu inclinas te ad me, qui non sum dignus ad te respicere. Ecce tu venis ad me, tu vis esse mecum, tu inuitas ad conuiuum tuum. Tu mihi dare vis cælestem cibum, & panem Angelorum ad manducandum: non alium sanè, quām te ipsum, panem viuum, qui de cælo Psal. 77. 10an. 4. descendisti, & das vitam mundo.

4 Ecce, vnde dilectio procedit, qualis dignatio illucellit, quām magnæ gratiarum actiones & laudes tibi pro his debentur. O quām salutare & utile consilium tuum, cùm istud instituisti: quām suaue & iucundum conuiuum, cùm te ipsum in cibū donasti. O quām admirabilis operatio tua Domine, quām potens virtus tua, quām ineffa-

M 6      bilis

**Genes. i.** bilis veritas tua . Dixisti enim , & facta  
**& Psal.** sunt omnia : & hoc factum est , quod  
**148.** ipse iussisti .

5 Mira res , & fide digna ac huma-  
 num vincens intellectum : quod tu ,  
 Domine Deus meus , verus Deus &  
 homo , sub modica specie panis & vini ,  
 integer contineris , & sine consum-  
 ptione à sumente , manducaris . Tu  
**Psal. 15.** Domine vniuersorum , qui nullius ha-  
 bes indigentiam , voluisti per Sacra-  
 mentum tuum habitare in nobis : con-  
 serua cor meum , & corpus immacula-  
 tum : vt lœta & pura conscientia , sæ-  
 piùs tua valeam celebrare mysteria , &  
 ad meam perpetuam accipere salutem :  
 quæ ad tuum præcipue honoré , & me-  
 moriale perenne , sanxisti & instituisti .

6 Lætare anima mea , & gratias age  
 Deo , pro tam nobili munere & solatio  
 singulari , in hac lachrymarum valle ,  
 tibi relieto . Nam quoties hoc mysterium  
 recolis , & Christi corpus accipis : toties  
 tuæ redēptionis opus agis , & particeps  
 omnium meritorum Christi efficeris .  
 Charitas etenim Christi numquam  
 minuitur , & magnitudo propitiationis  
 eius , numquam exauritur . Ideò noua  
 semper

semper mentis renouatione , ad hoc disponere te debes, & magnum salutis mysterium , attenta cōsideratione pensare . Ita magnum , nouum , & iucundum tibi videri debet , cūm celebras , aut Missam audis : ac si eodem die , Christus primū in uterum Virginis descendens , homo factus esset : aut in cruce pendens , pro salute hominum pateretur & moreretur.

## C A P. I I I.

*Quod vtile sit , sēpē communicare.*

## V O X D I S C I P U L I.

**E**cce , ego ad te venio Domine , ut benè mihi sit ex munere tuo , & lātificer in conuiuio sancto tuo , quod parasti in dulcedine tua pauperi psal. 67. Devs. Ecce , in te est totum , quod desiderare possum & debedo ; tu salus mea , & redemptio , spes & fortitudo , decus & gloria . Lātifica ergo hodie animam psal. 85. serui tui , quoniam ad te Domine Iesu animam meam leuaui . Desidero te nunc deuotè ac reuerenter suscipere ; cupio te in domum meam inducere , quatenus cum Zachæo merear à te benedici , ac inter filios Abrahæ computari . Anima mea corpus tuum

con-

concupiscit, cor meum tecum vniuersitate  
desiderat.

2 Trade te mihi, & sufficit. Nam preter te, nulla consolatio valet. Sine te esse  
nequeo; & sine visitatione tua, viuere  
non valeo. Ideoque oportet me fre-  
quenter ad te accedere, & in remedium  
salutis meæ recipere; ne fortè deficiam  
in via, si fuerō cælesti fraudatus ali-  
monia. Sic enim tu misericordissime

*Mat. 15*, Iesu, prædicans populis, & varios cu-  
*Mar. 8*. rans languores, aliquando dixisti: Nolo

eos ieunios dimittere in domum suam,  
ne deficiant in via: Age igitur hoc  
mecum modo, qui te pro fidelium  
consolatione in Sacramento reliquisti.  
Tu es enim suavis refectio animæ, &  
qui te dignè manducauerit, particeps  
& hæres erit æternæ gloriæ. Necessa-  
rium quidem mihi est, qui tam sàpè  
labor, & pecco, tam citò torpesco &  
deficio; ut per frequentes orationes &  
confessiones, ac sacrâ tui corporis per-  
ceptionem, me renouem, mundem, &  
accendam; ne fortè diutiùs abstinen-  
do, à sancto proposito decluam.

*Gen. 8.* 3 Proni enim sunt sensus hominis  
ad malum, ab adolescentia sua, & nisi  
suc-

succurrat diuina medicina, labitur ho-  
mo mox ad peiora. Retrahit ergo san-  
cta Communio à malo, & confortat in  
bono. Si enim modò tam sàpè negli-  
gens sum & tepidus, quando cōmuni-  
co aut celebro; quid fieret, si medelam  
non sumerem, & tam grande iuuamen  
non quærerem? Et licet omni die non  
sum aptus, nec ad celebrandum benè  
dispositus; dabo tamen operam, con-  
gruis temporibus diuina percipere  
mysteria, ac tantæ gratiæ participem  
me præbere. Nam hæc est vna princi-  
palis fidelis animæ consolatio, quàm  
diu peregrinatur à te in mortali cor-  
pore, vt sàpiùs memor Dei sui, dile-  
ctum suum deuota suscipiat mente.

4 O mira circa nos, tuæ pietatis di-  
gnatio, quod tu Domine Deus, creator  
& viuificator omnium spirituum, ad  
pauperculam dignaris venire animam,  
& cum tota diuinitate tua ac humani-  
tate, eius impinguare esuriem. O felix  
mens & beata anima, quæ te Dominus  
Deum suum meretur denotè suscipere,  
& in tui susceptione, spirituali gaudio  
repleti. O quàm magnum suscepit  
Dominum, quàm dilectum inducit  
hospi-

hospitem, quām iucundum recipit so-  
cium, quām fidem acceptat amicum,  
quām speciosum & nobilem ample-  
ctitur sponsum p̄r̄ omnibus dilectis,  
& super omnia desiderabilia aman-  
dum. Sileant à facie tua, ( dulcissime  
dilecte mi ) cælum & terra, & omnis  
ornatus eorum ; quoniam quidquid  
laudis habent ac decoris, ex dignatione  
tuæ est largitatis, nec ad decorum tui  
peruenient nominis, cuius sapientia

*Ps. 146.* non est numerus.

## C A P . I I I I .

*Quod multa bona prestantur, deuote  
communicantibus.*

## V O X D I S C I P V L I .

*Ps. 20.* **D**omine Deus meus, præueni  
seruum tuum in benedictioni-  
bus dulcedinis tuę, vt ad tuum magni-  
ficum Sacramentum, dignè ac deuotè  
merear accedere. Excita cor meum in  
*Ps. 105.* te, & à graui torpore exue me. Visita  
me in salutari tuo, ad gustandum in  
spiritu suavitatē tuam, quæ in hoc Sa-  
cramento tamquam in fonte, plenariè  
latet. Illumina quoque oculos meos,  
ad intuendum tantum mysterium : &

2d

ad credendum illud indubitata fide,  
me robora. Est enim operatio tua, non  
humana potentia : tua sacra institutio,  
non hominis adiumentio. Non enim  
ad hęc capienda & intelligenda aliquis  
idoneus per se reperitur, quæ angelici  
cam etiam subtilitatem transcendunt.  
Quid ergo ego peccator indignus, ter-  
ra & cinis, de tam alto sacro secreto,  
potero inuestigare & capere ?

2 Domine, in simplicitate cordis  
mei, in bona firma fide, & in tua iuf-  
fione, ad te cum spe ac reuerentia acce-  
do : & verè credo, quia tu præsens es  
hīc in Sacramento, Deus & homo. Vis  
ergo, vt te suscipiam, & meipsum tibi  
in charitate vniām. Vnde tuam precor  
clementiam, & specialem ad hoc im-  
ploro mihi donari gratiam ; vt totus in  
te liquefiam & amore perefluam, atq;  
de nulla aliena consolatione amplius  
me intromittam. Est enim hoc altissi-  
mum & dignissimum Sacramentum,  
salus animę & corporis, medecina om-  
nis spiritualis languoris : in quo vitia  
mea curantur, passiones frenantur,  
tentationes vincuntur aut minuun-  
tur : gratia maior infunditur, virtus  
ince-

incepta augetur, firmatur fides, spes  
robatur, & charitas ignescit ac dilatatur.

3 Multa namque bona largitus es,  
& adhuc saepius largiris in Sacramen-  
to, dilectis tuis deuotè communican-  
tibus, Deus meus, susceptor animæ  
meæ, reparator infirmitatis humanæ,  
& totius dator consolationis internæ.  
Nam multam ipsis consolationem, ad-  
uersus variam tribulationem infun-  
dis, & de imo deiectionis propriæ ad  
spem tuæ protectionis erigis, atq; noua  
quadam gratia, eos intus recreas, &  
illustras: ut qui anxijs primùm & sine  
affectione, se ante Communionem  
senserant: postea refecti cibo potuque  
cælesti, in melius se mutatos inueniant.  
Quod idcirco cum electis tuis dispen-  
santer agis, ut veraciter agnoscant, &  
patenter experiantur, quantū infirmitati-  
s ex seipsis habeant, & quid boni-  
tatis ac gratiæ, ex te cōsequantur. Quia  
ex semetipsis frigi, duri, & indeuoti:  
ex te autem feruentes, alacres, & deuoti  
esse merentur. Quis enim ad fontem  
suavitatis humiliter accedens, non  
modicum suavitatis inde reportat?

Aut

Aut quis iuxta ignem copiosum stans,  
non parum caloris inde percipit? Et tu *Ez. 12.*  
fons es semper plenus & superabun-  
dans, ignis iugiter ardens & numquam *Lxx. 6.*  
deficiens.

4 Vnde si mihi non licet haurire de  
plenitudine fontis, nec usque ad satie-  
tatem potare, apponam tamen os meum  
ad foramen caelestis fistulæ: ut saltem  
modicam inde guttulam capiam, ad  
refocillandam litim meam, ut non  
penitus exarescam. Et si nequum totus  
caelestis & tam ignitus, ut Cherubin &  
Seraphin esse possum: conabor tamen  
deuotioni insistere, & cor meum præ-  
parare, ut vel modicam diuini incen-  
dij flamمام, ex humili sumptione  
viuifici Sacramenti conquiram. Quic-  
quid autem mihi deest Iesu bone, Sal-  
uator sanctissime, tu pro me supple  
benigne ac gratiore, qui omnes ad te  
dignatus es vocare, dicens: Venite ad *Mat. 11.*  
me omnes, qui laboratis & onerati  
estis, & ego reficiam vos.

5 Ego quidem labore in sudore vul- *Gen. 3.*  
tus mei, dolore cordis torqueor, pecca-  
tis oneror, temptationibus inquietor,  
multis malis passionibus implicor &  
pre-

premor: & non est qui adiuuet, non est qui liberet, & saluum faciat, nisi tu Domine Deus saluator meus: cui committo me & omnia mea, ut me custodias, & perducas in vitam æternam. Suscipe me in laudem & gloriam nominis tui, qui corpus tuum & sanguinem, in cibum & potum mihi parasti. Præsta Domine Deus salutaris meus, ut cum frequentatione mysterij tui, crescat meæ deuotionis affectus.

## C A P. V.

*De dignitate Sacramenti, & statu  
sacerdotali.*

## V O X D O M I N I .

*Mat. ii. i* **S**i haberet angelicam puritatem, & sancti Ioannis Baptiste sanctitatem: non esses dignus, hoc Sacramentum accipere, nec tractare. Non enim hoc meritum debetur hominum, quod homo consecret & tractet Christi Sacramentum, & sumat in cibum panem Angelorum. Grande mysterium, & magna dignitas Sacerdotum: quibus datum est, quod Angelis non est concessum. Soli namque Sacerdotes ritè in Ecclesia ordinati, potestatem habent celebrandi, & corpus Christi consecrandi.

crandi. Sacerdos quidem minister est  
Dei, vtens verbo Dei, per iussionem &  
institutionem Dei : Deus autem ibi  
principalis est auctor, & inuisibilis  
operator, cui subest omne, quod vo- Gen. 1.  
Ps. 148.  
O Ro-  
man. 9.  
luerit, & paret omne quod iuss'erit.

2 Plus ergo credere debes Deo om-  
nipotenti, in hoc excellentissimo Sa-  
cramento, quam proprio sensui, aut  
alicui signo visibili. Ideoque cum ti-  
more & reuerentia ad hoc opus est ac-  
cedendum. Attende tibi, & vide cuius 1. Tim.  
ministerium tibi traditum est, per 4.  
impositionem manus Episcopi. Ecce,  
Sacerdos factus es, & ad celebrandum  
consecratus; vide nunc, vt fideliter &  
deuotè, in suo tempore, Deo sacri-  
cium offeras, & teipsum irreprehensi-  
bilem exhibeas. Non alleuiasti onus  
tuum, sed arctiori iam alligatus es vin-  
culo disciplinæ, & ad maiorem teneris  
perfectionem sanctitatis. Sacerdos  
omnibus virtutibus deber esse orna-  
tus, & aliis bonæ vitæ exemplum præ-  
bere. Eius conuersatio, non cum po- Phil. 3.  
pularibus & communibus hominum  
viis, sed cum Angelis in cælo, aut cùm  
perfectis viris in terra.

3 Sacer-

**Heb. 5.**

3 Sacerdos sacrī vestībus induitus,  
Christī vices gerit; vt Deum pro se &  
pro omni populo, suppliciter & hu-  
mili terget. Habet ante se & retro  
Dominicæ crucis signum, ad memo-  
randam iugiter Christi passionē: Ante  
se crucem in casula portat, vt Christi  
vestigia diligenter inspiciat, & sequi  
feruēter studeat Post se cruce signatus  
est, vt aduersa quælibet ab aliis illata,  
clementer pro Deo toleret. Ante se  
crucē gerit, vt propria peccata lugeat:  
Post se, vt aliorum etiam commissa per  
compassionem defleat, & se medium  
inter Deum & peccatorem constitu-  
tum esse sciat. Nec ab oratione, &  
oblatione sancta torpescat, donec gra-  
tiam & misericordiam impetrare me-  
reatur. Quando Sacerdos celebrat,  
Deum honorat, Angelos lætitificat, Ec-  
clesiam adificat, viuos adiuuat, de-  
functis requiem præstat, & sese om-  
nium bonorum participem efficit.

CAP.

CAP. VI.

*Interrogatio de exercitio, ante  
Communionem.*

VOX DISCIPULI.

**I**VM tuam dignitatem Domine,  
& meam vilitatem penso, valde  
contremisco, & in meipso confundor,  
Si enim non accedo, vita m fugio: & si  
indigne me i gettero, offensam incur-  
ro. Quid ergo faciam, Deus meus,  
auxiliator meus, & consiliator in ne-  
cessitatibus?

**2** Tu doce me viam rectam. Propone  
breue aliquod exercitium, sacræ Com-  
munioni congruū. Vile est enim scire,  
q aliter scilicet deuotè ac reuerenter,  
tib præparare debeam cor meum, ad  
recipiendum salubriter tuum Sacra-  
mentum, seu etiam celebrandum tam  
magnum & diuinum sacrificium.

CAP. VII.

*De discussione propriæ conscientiæ, &  
emendationis proposito.*

VOX DIRECTI.

**S**Vper omnia, cum summa humili-  
tate cordis & supplici reuerentia,  
cu plena fide & pia intentione honoris  
Dei,

Dei, ad hoc Sacramentum celebrandum, tractandum, & sumendum, oportet Dei accedere Sacerdotem. Diligenter examina conscientiam tuam : & pro posse tuo, vera contritione & humili confessione, eam munda & clarifica : ita ut nil graue habeas, aut scias, quod te remordeat, & liberum accessum impedit. Habeas displicantiam omnium peccatorum tuorum in generali, & pro quotidianis excessibus magis in speciali doleas & gemas. Et si tempus patitur, Deo in secreto cordis, cunctas confitere passionum tuarum miseras.

2 Ingemisce & dole, quod adhuc ita carnalis sis & mundanus : tam immortificatus à passionibus: tam plenus concupiscentiarum motibus : tam incustoditus in sensibus exterioribus: tam sèpè multis vanis phantasias implicatus : tam multum inclinatus ad exteriora: tam negligens ad interiora: tam leuis ad risum & dissolutionem: tam durus ad fletum & compunctionem: tam promptus ad laxiora & carnis commoda : tam segnis ad rigorem & feruorem : tam curiosus ad noua audienda

dienda & pulchra intuenda: tam remissus ad humilia & abiecta amplectenda: tam cupidus ad multa habēdā: tam parcus ad dandum: tam tenax ad retinendum: tam inconsideratus in loquendo: tam incontinens ad tacendum: tam incompositus in moribus: tam importunus in actibus: tam effusus super cibū: tam surdus ad Dei verbum: tam velox ad quietem: tam tardus ad laborem: tam vigilans ad fabulas: tam somnolentus ad vigilias sacras: tam festinus ad finē: tam vagus ad attendendum: tam negligens in horis persoluendis: tam tepidus in celebrando: tam aridus in communicando: tam citō distractus: tam raro plenē tibi collectus: tam subitō commotus ad iram: tam facilis ad alterius displicētiā: tam pronus ad iudicandum: tam rigidus ad arguendum: tam lātus ad prospera: tam debilis in aduersis: tam sāpē multa bona propoñens, & modicū ad effectū perducens.

3 His & aliis defectibus tuis, cum dolore & magna displicētiā propriæ infirmitatis confessis ac deploratis, firmum statue propositum semper emen-

N dandi

dandi vitam tuam , & in melius profi-  
ciendi. Deinde cum plena resignatione  
& integra voluntate , offer te ipsum in  
honore nominis mei , in ara cordis tui  
holocaustum perpetuum , corpus tuum  
scilicet & animam , mihi fideliter com-  
mittendo : quatenus & sic dignè me-  
rearis ad offerendum Deo sacrificium  
accedere , & Sacramentum corporis  
mei salubriter suscipere .

4 Non est enim oblatio dignior , &  
satisfactio maior pro peccatis diluen-  
dis , quā seipsum purè & integrè , cum  
oblatione corporis Christi in Missa &  
in Cōmunione Deo offerre . Si fecerit  
homo , quod in se est , & verè pœnitue-  
rit : quotienscūque provenia & gratia

*Ezec. 18* ad me accesserit , viuo ego dicit Domi-  
nus , qui nolo mortem peccatoris , sed  
ut magis cōvertatur & viuat : quoniam  
peccatorum suorum non recordabor  
amplius , sed cuncta ipsi indulta erunt ,

## C A P . V I I I .

*De oblatione Christi in cruce , & propriis  
resignatione .*

## VOX DILECTI .

*Esa. 53. 1* *Sicut ego me ipsum , expansis in*  
*¶ Heb. 9.* *Scruce manibus & nudo corpore ,*  
*pro*

pro peccatis tuis Deo Patri sponte obtuli, ita ut nihil in me remaneret, quin totum in sacrificium diuinæ placationis transiret: ita debes & tu tem <sup>et</sup> ipsum mihi voluntariè, in oblationem puram & sanctam, quotidie in Missa, cum omnibus viribus & affectibus tuis, quantò intimius vales, offerre. Quid <sup>Pross. 23</sup> magis à te requiro, quam ut te studeas mihi ex integro resignare? Quidquid præter te ipsum das, nihil curo: quia non quæro datum tuum, sed te.

2 Sicut non sufficeret tibi omnibus habitis, præter me: ita nec mihi placere poterit, quicquid dederis, te nō oblato. Offer te mihi, & da te totum pro Deo, & erit accepta oblatio. Ecce, ego me totum obtuli patri pro te; dedi etiam totum corpus meum & sanguinem in cibum, ut totus tuus essem, & tu meus permaneres. Si autem in teipso sterteris, nec sponte te ad voluntatem meam obtuleris, non est plena oblatio, nec integra erit inter nos vnio. Igitur omnia opera tua præcedere debet, spontanea tui ipsius in manus Dei oblatio, si libertatē consequi vis & gratiam. Ideò enim tam pauci illuminati, & liberi

N 2 intus

intus efficiuntur, quia seipso ex toto  
 abnegare nesciunt. Est firma sententia  
*Luc. 14.* mea: *Nisi quis renuntiauerit omnibus,*  
*non potest meus esse discipulus. Tu*  
*ergo si optas meus esse discipulus, offer*  
*te ipsum mihi, cum omnibus affecti-*  
*bus tuis.*

## CAP. IX.

*Quod nos, & omnia nostra, Deo debemus  
 offerre, & pro omnibus orare.*

## VOX DISCIPULI.

*Psal. 23.* **D**omine, omnia tua sunt, quæ in  
 cælo sunt, & quæ in terra. Desi-  
 dero meipsum tibi in spontaneā obla-  
 tionem offerre, & tuus perpetuò per-  
 manere. Domine, in simplicitate cor-  
 dis mei, offero meipsum tibi hodie in  
 seruum sempiternum, in obsequium  
 & in sacrificiū laudis perpetuæ. Susci-  
 pe me, cum hac sancta oblatione tui  
 pretiosi corporis, quam tibi hodie in  
 presentia Angelorum, inuisibiliter assi-  
 stentium, offero: ut sit pro me, & pro  
 cuncto populo tuo in salutem.

2 Domine, offero tibi omnia peccata  
 & delicta mea, quæ commisi coram  
 te, & sanctis Angelis tuis, à die quo pri-  
 mū

mùm peccare potui vsque ad horam  
hanc, super placabali altari tuo : vt tu  
omnia pariter incendas & comburas  
igne charitatis tux, & deleas vniuersas  
maculas peccatorum meorum, & con-  
scientiā meam ab omni delicto emun-  
des, & restituas mihi gratiam tuam,  
quam peccando amisi, omnia mihi  
plenè indulgendo, & in osculum pacis  
me misericorditer assumendo.

3 Quid possum agere pro peccatis *Psal. 32*  
meis, nisi humiliter ea confitendo &  
lamentando, & tuam propitiationem  
incessanter deprecando? Depreco te,  
exaudi me propitijs, vbi asto coram te  
Deus meus. Omnia peccata mea mihi  
maximè displicent, nolo ea vñquam  
amplius perpetrare: sed pro eis doleo  
& dolebo, quamdiu vixero, paratus  
pœnitentiam agere, & pro posse satis-  
facere. Dimitte mihi Deus, dimitte  
mihi peccata mea, propter nomen san-  
ctum tuum: salua animā meam, quam  
pretioso sanguine tuo redemisti. Ecce  
cōmitto me misericordiæ tux, resigno  
me in manibus tuis. Age mecum se-  
cundūm bonitatem tuam, non secun-  
dūm meam malitiam & iniquitatem.

N 3

4 Offero

4 Offero etiam tibi omnia bona mea,  
quamvis valde pauca & imperfecta;  
vt tu ea emendas & sanctifiques; vt ea  
grata habeas, & accepta tibi facias, &  
semper ad meliora trahas; nec non ad  
beatum ac laudabilem finem, me pi-  
grum & inutilem homuncionem, per-  
ducas.

5 Offero quoque tibi omnia pia de-  
sideria deuotorum, necessitates paren-  
tum, amicorum, fratrum, sororum,  
omniumque charorum meorum, &  
eorum qui in hi vel aliis, propter amo-  
rem tuum benefecerunt: & qui oratio-  
nes & Missas pro se suisque omnibus,  
dici à me desiderauerunt & petierunt,  
sive in carne adhuc viuant; sive iam  
sæculo defuncti sint: vt omnes sibi  
auxiliū gratiæ tuæ, opem consolatio-  
nis, protectionem à periculis, libera-  
tionem à pœnis, aduenire sentiant, &  
vt ab omnibus malis erepti, gratias tibi  
magnificas læti persoluant.

6 Offero etiam tibi preces & hostias  
placationis, pro illis specialiter, qui me  
in aliquo leserunt, contrastauerunt, aut  
vituperauerunt, vel aliquod damnum  
vel grauamen intulerunt; pro his quoq;  
omni-

omnibus, quos aliquando contrastauis,  
conturbauis, grauaui, & scandalizauis,  
verbis, factis scienter vel ignoranter: ut  
nobis omnibus pariter indulgeas pec-  
cata nostra & mutuas offensiones. Au-  
fer Domine à cordibus nostris omnem  
suspicionem, indignationem, iram &  
disceptionem; & quidquid potest  
charitatem laedere, & fraternalm dile-  
ctionem minuere. Miserere, miserere  
Domine, misericordiam tuam poscen-  
tibus, da gratiā indigentibus & fac nos  
tales existere, ut simus digni gratia tua  
perfici, & ad vitam proficiamus æter-  
nam. Amen.

## C A P. X.

*Quod sacra Communio, de facili non est  
relinquenda.*

## VOX DILECTI.

**F**requenter recurrendū est ad fon-  
té gratiæ, & diuinæ misericordiæ,  
ad fontem bonitatis & totius pietatis:  
quatenus à passionibus tuis & virtiis cu-  
rari valeas, & cōtra vniuersas tentatio-  
nes & fallacias diaboli, fortior atq; vi-  
gilatior effici merearis. Inimicus sciens  
fructum & remedium maximum, in-

N 4      *sacra*

sacra Communione positum, omni modo & occasione nititur fideles & deuotos, quantum præualet, retrahere & impedire.

*Iob 1.* 2 Cūm enim quidam sacræ Communioni se aptare disponunt, peiores Satanae immissiones patiuntur. Ipse nequā spiritus (vt in Iob scribitur) venit inter filios Dei, vt solita illos nequitia sua perturbet, aut timidos nimium reddat & perplexos: quatenus affectū eorum minuat, vel fidem impugnādo auferat: si forte aut omnino Communionem relinquant, aut cum tempore accedant. Sed non est quidquam curandum, de versutiis & phantasias illius quantumlibet turpibus & horridis, sed cuncta phantasmata in caput eius sunt retorquenda. Contemnendus est miser & derideendus, nec propter insultus eius & commotiones, quas suscitat, sacra est omittenda Communio.

*Pron. 13.* 3 Sæpè etiam impedit nimia sollicitudo pro deuotione habenda, & anxietas quædam de confessione facienda. Age secundūm consilium sapientum, & depone anxietatem & scrupulum: quia gratiam Dei impedit, & deuotio-

nem

nem mentis destruit. Propter aliquam paruam tribulationem vel grauitatem, sacram ne dimittas Communionem: sed vade citius confiteri, & omnes offensiones aliis libenter indulge. Si Mat. 5. verò tu aliquem offendisti, veniam humiliter precare, & Deus libenter indulget tibi.

4 Quid prodest diu tardare confessionem, aut sacram differre Communionē? Expurga te cum primis, expue velociter venenum, festina accipere remedium, & senties melius, quam si diu distuleris. Si hodie propter istud dimittis, cras forsitan aliud maius eueniet: & sic diu posses à Communione impediri, & magis ineptus fieri. Quantò citius vales, à præsenti grauitate & inertia te excutias: quia nihil importat diu anxiari, diu cum turbatione transire, & ob quotidiana obstacula, se à diuinis sequestrare. Imò plurimum nocet, diu Communionem protelare, nam & grauem torporem consuevit inducere. Proh dolor quidam tepidi & dissoluti, moras confundi libenter accipiunt, & Communionem sacram idcirco differri cu-

N s piunt,

piunt, ne ad maiorem sui custodiam se dare teneantur.

5 Heu, quām modicam charitatem,  
& debilem deuotionem habent, qui  
sacram Communionem, tam faciliter  
postponunt. Quām felix ille, & D<sup>e</sup>o  
acceptus habetur, qui sic viuit, & tali  
puritate conscientiam suam custodit:  
ut etiam omni die communicare para-  
rus, & benē affectatus esset, si ei lice-  
ret, & sine nota agere posset. Si quis  
interdum abstinet humilitatis gratia,  
aut legitima impediente caussa, lau-  
dandus est de reuerentia. Si autem tor-  
por obrepserit, seipsum excitare debet,  
& facere quod in se est, & Dominus  
aderit desiderio suo pro bona volun-  
tate, quam specialiter respicit.

6 Cūm verò legitimè præpeditus est,  
habebit semper bonam voluntatem,  
& piam intentionem communicandi,  
& sic non carebit fructu Sacramenti.  
Potest enim quilibet deuotus, omni  
die & omni hora, ad spiritualē Christi  
Cōmunionem, salubriter & sine pro-  
hibitione accedere: & tamen certis die-  
bus & statuto tempore, corpus sui Re-  
demptoris, cum affectuosa reuerentia

Sacra-

Sacramentaliter debet suscipere , & magis laudem Dei & honorem prætendere , quām suam consolationem quærere . Nam tortiens mysticè com- 1. Conmunicat , & inuisibiliter reficitur , quo- 11. tiens incarnationis Christi mysterium passionemq; deuotè recolit , & in amo- re eius acceditur.

7 Qui aliter se non præparat , nisi instantे festo , vel consuetudine compellente , sæpiùs imparatus erit . Beatus , qui se Domino in holocaustum offert , quotiens celebrat aut communicat . Non sis in celebrando nimis prolixus aut festinus , sed serua bonum communem modum cum quibus viuis . Non debes aliis generare molestiam & tedium , sed communem seruare viam secundūm maiorum institutio- nem : & potiùs aliorum seruire vtilitati , quām propriæ deuotioni vel affectui .

## C A P . X F.

*Quod corpus Christi , & sacra Scriptura , maximè sint anime fideli necessaria .*

## V O X D I S C I P U L I .

**O**Dulcissime Domine Iesu , quā- ta est dulcedo deuotæ animæ ,

N 6 tecum

tecum epulantis in conuiuio tuo: vbi ei  
non aliis cibus manducandus propo-  
nitur, nisi tu vnicus dilectus eius, super  
omnia desideria cordis eius desidera-  
bilis. Et mihi quidem dulce foret in  
præsentia tua, ex intimo affectu lachry-  
**Luca 7.** mas fundere, & cum pia Magdalena  
pedes tuos lachrymis irrigare. Sed vbi  
est hæc deuotio? vbi lachrymarum san-  
ctorum copiosa effusio? Certè in con-  
spectu tuo & sanctorum Angelorum  
tuorum, totum cor meum ardere debe-  
ret, & ex gaudio flere. Habeo enim te  
in Sacramento verè præsentem, quam-  
uis aliena specie occultatum.

2 Nam in propria, & diuina claritate  
te conspicere, oculi mei ferre non pos-  
sent: sed neque totus mundus in ful-  
gore gloriæ maiestatis tuæ subsisteret.  
In hoc ergo imbecillitati meæ consulis,  
quòd te sub Sacramento abscondis.  
Habeo verè & adoro, quem Angeli  
adorant in cælo; sed ego adhuc interim  
in fide, illi autem in specie & sine vela-  
mine. Me oportet contentum esse in  
lumine veræ fidei, & in ea ambulare,  
donec aspiret dies æternæ claritatis, &  
vmbrae figurarum inclinentur. Cùm  
autem

autem venerit quod perfectum est, <sup>i.</sup> Cor. cessabit usus Sacramentorum : quia <sup>13.</sup> beati in gloria cælesti , non egent medicamine sacramentali : gaudent enim sine fine in præsentia Dei , facie ad faciem gloriam eius speculantes , & de claritate in claritatem abyssalis deitatis transformati : gustant verbum Dei carnem factum , sicut fuit ab initio , & manet in æternum.

<sup>3</sup> Memor horum mirabilium , graue mihi fit trædium , etiam quodlibet spirituale solatium : quia quamdiu Dominum meum aperte in sua gloria non video , pro nihilo duco omne , quod in mundo conspicio & audio. Testis es tu mihi Deus , quod nulla me res potest consolari , nulla creatura quietare , nisi tu Deus meus , quem desidero æternaliter contemplari , Sed non est hoc possibile , durante me in hac mortalitate. Ideò oportet , vt me ponam ad magnam patientiam , & meipsum in omni desiderio tibi submittam . Nam <sup>Heb. 10.</sup> & Sancti tui Domine , qui tecum iam <sup>C. 11.</sup> in regno cælorum exultant , in fide & patientia magna , dum viueréti , aduentum gloriæ tuæ expectabant . Quod illi

illi crediderunt, ego credo : quod illi  
sperauerunt, ego spero : quod illi perue-  
nerunt, per gratiam tuam me ventu-  
rum confido. Ambulabo interim in  
fide, exemplis eōfortatus Sanctorum.  
Habeo etiam libros sanctos pro solatio  
& vita speculo, atque super hāc omnia  
sanctissimum corpus tuum, pro singu-  
lari remedio & refugio.

4 Duo namque mihi necessaria per-  
maximē sentio in hac vita, sine quibus  
mihi importabilis foret ista misera-  
bilis vita. In carcere corporis huius  
detentus, duobus me egere fateor, cibo  
*Ioan. 6.* scilicet & lumine. Dediti itaque mihi  
infirmo, sacrum corpus tuum ad refe-  
ctionem mentis & corporis: & posuisti

*Ps. 18.* lucernam pedibus meis, verbū tuum.  
Sine his duobus, benē viuere non pos-  
sem : nam verbum Dei, lux animæ : &

*Ps. 22.* Sacramentum tuum, panis vita. Hæc  
*Hebr. 9.* possunt etiam dici mensæ duæ, hinc &  
*C. 13.* inde in gazophylacio sanctæ Ecclesiæ  
positæ. Vna mensa est sacri altaris, ha-  
bens panem sanctum, id est, corpus  
Christi pretiosum : Altera est diuinæ  
legis, continens doctrinam sanctam,  
erudiens fidem rectam, & firmiter

vſque

usque ad interiora velaminis, ubi sunt  
Sancta sanctorum, perducens. Gratias  
tibi Domine Iesu, lux lucis æternæ, pro  
doctrinæ sacræ mensa, quam nobis per  
seruos tuos Prophetas & Apostolos,  
aliosque doctores ministrasti.

5 Gratias tibi creator ac redemptor *Luc. 14.*  
hominum, qui ad declarandam toti  
mundo charitatem tuam, cœnam pa-  
rasti magnam, in qua non agnum ty-  
picum, sed tuum sanctissimum corpus *Ioan. 6.*  
& sanguinem proposuisti manducan-  
dum: lētificans omnes fideles conuiuio *Ps. 22.*  
sacro, & calice inebrians salutari, in *& Sap.*  
quo sunt omnes delitiae paradisi, &  
epulantur nobiscum Angeli sancti, sed  
suauitate feliori.

6 O quam magnum & honorabile  
est officium Sacerdotū, quibus datum  
est Dominum maiestatis verbis sacris  
consecrare, labiis benedicere, manibus  
tenere, ore proprio sumere, & ceteris  
ministrare. O quam mundæ debent  
esse manus illæ, quam purum os, quam  
sanctum corpus, quam immaculatum  
cor erit sacerdotis, ad quem totiens in-  
greditur auctor puritatis. Ex ore Sacer-  
dotis, nihil nisi sanctum, nihil nisi  
bono-

honestum & vtile procedere debet  
verbum, qui tam sëpè Christi accipit  
Sacramentum.

**7** Oculi eius simplices & pudici, qui  
Christi corpus solent intueri. Manus  
puræ, & in cælum eleuatæ, quæ crea-  
torem cæli & terræ solent contractare.  
**Lxx. 19.** Sacerdotibus specialiter in Lege dici-  
**& 20.** tur: Sancti estote, quoniam ego san-  
ctus sum Dominus Deus vester.

**8** Adiuuet nos gratia tua omnipo-  
tens Deus, ut qui officium Sacerdotale  
suscepimus, dignè ac deuotè in omni  
puritate & conscientia bona tibi famu-  
lari valeamus. Et si non possumus in  
tanta innocentia vitæ conuersari, ut  
debemus; concede nobis tamen dignè  
flere mala, quæ gessimus: & in spiritu  
humilitatis, ac bonæ voluntatis propo-  
sito, tibi feruētiùs de cætero deseruire.

### CAP. XII.

*Quod magna diligentia se debet, Com-  
municatus Christo, preparare.*

#### VOX DILECTI.

**Psal. 23.** **E**go sum puritatis amator, & da-  
**& Mat. 5.** tor omnis sanctitatis. Ego cor  
purum

purum quæro, & ibi est locus requie-  
tionis meæ. Para mihi cœnaculum Mar. 14  
grande stratum, & faciam apud te Pa- & Luca  
scha cum discipulis meis. Si vis, vt ve- 22.  
niam ad te, & apud te maneam: expur- 1. Cor. 5  
ga vetus fermentum, & munda cordis  
tui habitaculum. Exclude totum sacer- Exod. 24  
lum, & omnem vitiorum tumultum: 24.  
sede tamquā passer solitarius in tecto,  
& cogita excessus tuos in amaritudine  
animaæ tuæ. Omnis namque amans,  
suo dilecto amatori, optimum & pul-  
cherrimum præparat locum, quia in  
hoc cognoscitur affectus suscipientis  
dilectum.

2 Scito tamē te non posse satisfacere  
huic præparationi, ex merito tuę actio-  
nis, etiamsi per integrū annum te præ-  
parares, & nihil aliud in mente habe-  
res. Sed ex sola pietate & gratia mea,  
permitteris ad mensam meam acce-  
dere: ac si médicus ad prandium voca-  
retur diuitis, & ille nihil aliud habeat  
ad retribuendum beneficiis eius, nisi  
se humiliando & ei regratiando. Fac,  
quod in te est, & diligenter facito: non  
ex consuetudine, non ex necessitate,  
sed cum timore, & reverentia, & affe-  
ctu,

et tu , accipe corpus dilecti Domini Dei  
tui , dignantis ad te venire . ego sum  
qui vocavi , ego iussi fieri ; ego supple-  
bo quod tibi deest : veni , & suscipe me .

3 Cùm gratiam deuotionis tribuo ,  
gratias age Deo tuo : non quia dignus  
es , sed quia tui misertus sum . Si non  
habes , sed magis aridum te sentis , insi-  
ste orationi , ingemisce & pulsa : nec  
desistas , donec merearis micam aut  
guttam gratiæ salutaris accipere . Tu  
mei indiges , non ego tui indigeo . Nec  
tu me sanctificare venis , sed ego te san-  
ctificare & meliorare venio . Tu venis ,  
vt ex me sanctificeris , & mihi vniaris ,  
vt nouam gratiam recipias , & de nouo  
ad emendationem accendaris . Noli  
negligere hanc gratiam : sed præpara  
cum omni diligentia cor tuum , & in-  
troduc ad te dilectum tuum .

4 Oportet autem , vt non solùm te  
præpares ad deuotionem ante Com-  
munionem , sed vt etiam te solicite  
conserues in ea , post Sacramenti per-  
ceptionem . Nec minor custodia pòst  
exigitur , quā deuota præparatio priùs .  
Nam bona postmodum custodia , opti-  
ma iterū est præparatio , ad maiorem

gra-

gratiam consequendam. Ex eo quippe  
valde indispositus quis redditur, si  
statim fuerit nimis effusus ad exterio-  
ra solatia. Caue à multiloquio, mane *Prou. 10.*  
in secreto, & fruere Deo tuo. Ipsum  
enim habes, quem totus mundus tibi  
auferre non potest. Ego sum, cui te to-  
tum dare debes: ita ut iam vltra non in-  
te, sed in me, absque omni solicitudine,  
viuas.

## C A P. X I I I.

*Quod toto corde anima deuota, Christi  
unionem in Sacramento, affe-  
ctare debet.*

## VOX DISCIPULI.

**Q**uis mihi det Domine, ut inue-  
niam te solum, & aperiam tibi  
totum cor meum, & fruar te, sicut de-  
siderat anima mea: & iam me nemo  
despiciat, nec vlla creatura me moueat  
vel respiciat, sed tu solus mihi loqua-  
ris, & ego tibi, sicut solet dilectus ad *Exod. 33. & Cant. 8.*  
dilectum loqui, & amicus cum amico  
conuiuari? Hoc oro, hoc desidero, ut  
tibi totus vniar, & cor meum ab om-  
nibus creatis rebus abstraham, magis-  
que

que per sacram Cōmunionem , ac frequentem celebrationem , cælestia & æterna sapere discam . Ah Domine Deus , quando ero tecum totus vnitus & absorptus, meique totaliter oblitus?

*Iean. 15.* Tu in me, & ego in te, & sic nos pariter in vnum manere concede.

*Cant. 5.* 2 Verè tu es dilectus meus , electus ex millibus, in quo complacuit animæ meæ habitare omnibus diebus vitæ suæ. Verè tu pacificus meus , in quo pax summa & requies vera , extra quem labor & dolor, & infinita miseria. Verè

*Prou. 3.* tu es Deus absconditus , & consilium tuum non est cum impiis, sed cum hu-

*Sap. 12.* milibus & simplicibus sermo tuus . O quām suavis est Domine spiritus tuus, qui vt dulcedinem tuam in filios demonstrares , pane suauissimo , de cælo descendente , illos reficere dignaris.

*Dent. 4.* Verè non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut tu Deus noster ades vniuersis fidelibus tuis , quibus ad quotidianum solatium , & cor erigendum in cælum, te tribuis ad edendum & fruendum.

3 Quæ est enim alia gens tam inclita, sicut plebs Christiana ? Aut quæ crea-  
tura

tura sub cælo tam dilecta, vt anima deuota , ad quam ingreditur Deus , vt pascat eam carne sua gloria? O inef-fabilis gratia : ô admirabilis dignatio : ô amor immensus homini singulariter impensus. Sed quid retribuam Domi- Ps. 115.

no pro gratia ista , pro charitate tam eximia ? Non est aliud , quod gratius donare queam , quam vt cor meum Deo meo totaliter tribuam , & intimè coniungam . Tunc exultabunt omnia interiora mea , cùm perfectè fuerit vnita Deo anima mea . Tunc dicet mihi : Si tu vis esse mecum , ego volo esse tecum . Et ego respondebo illi : Dignare Domine manere mecum , ego volo libenter esse tecum . Hoc est totum desiderium meum , vt cor meum tibi sit vnitum.

## CAP. XLLL.

*De quorumdam deuotorum ardenti deside-  
rio , ad corpus Christi.*

## VOX DISCIPVL I.

**O** Quàm magna multitudo dul- Ps. 115.  
cedinis tuæ Domine , quam abscondisti timentibus te . Quando recordor deuotorum aliquorum , ad Sacra-

## 310 DE IMITATIONE

Sacramentum tuum Domine , cū maxima deuotione , & affectu accedentium , tunc səpiūs in me ipso confundor , & erubesco : quòd ad altare tuum , & sacræ Cōmunionis mensam , tam tepidè & frigidè accedo . Quòd ita aridus , & sine affectione cordis maneo . Quòd non sum totaliter accensus coram te Deo meo ; nec ita vehementer attractus & affectus , sicut multi deuoti fuerunt , qui p̄æ nimio desiderio Communionis , & sensibili cordis amore , à fletu se non potuerunt cōtinere: sed ore cordis & corporis pariter , ad te Deum fontem viuum medullitus inhiabant , suam esuriem non valentes aliter temperare nec satiare , nisi corpus tuum , cum omni iucunditate & spirituali auditate accepissent.

*Luc. 24* 2 O vera ardens fides eorum , probabile existens argumentū sacræ p̄æsentiae tuæ. Isti enim veraciter cognoscunt Dominum suum in fractione panis , quorum cor tam validè ardet in eis , de Iesu ambulante cum eis . Longè est à me səpè talis affectus & deuotio , tam vehemens amor & ardor. Esto mihi propitius Iesu bone , dulcis & benignus & con-

& concede pauperi mendico tuo, vel interdum modicum de cordiali affectu amoris tui, in sacra Communione sentire, ut fides mea magis conualescat; spes in bonitate tua proficiat, & charitas semel perfectè accensa, & cælestè manna experta, numquam deficiat.

3 Potens est autem misericordia tua, etiam gratiam desideratam mihi praestare, & in spiritu ardoris, cum dies beneplaciti tui venerit, me clementissimè visitare. Etenim licet tanto desiderio tam specialium deuotorum tuorum non ardeo, tamen de gratia tua, illius magni inflammati desiderij, desiderium habeo, orans & desiderans, omnium talium feruidorum amatorum tuorum, participem me fieri, & eorum sancto consortio annumerari.

## C A P. XV.

*Quod gratia deuotionis, humilitate & sa-  
ipsius abnegatione, acquiritur.*

## VOX DILECTI.

1 O Portet te deuotionis gratiam instanter querere, desideranter petere, patienter & fiducialiter expecta-

spectare, grataanter recipere, humiliter  
conseruare, studiosè cum ea operari ac  
Deo terminum & modum supernæ  
visitationis, donec veniat, committere.  
Humiliare præcipuè te debes, cùm pa-  
rū aut nihil deuotionis interius sentis;  
sed non nimium deiici, nec inordinate  
contristari. Dat sæpè Deus in vno  
breui momento, quod longo negauit  
tempore. Dat quandoq; in fine, quod  
in principio orationis distulit dare.

2 Si semper citò gratia daretur, &  
pro voto adesset, non esset infirmo ho-  
mini benè portabile. Propterea in bo-  
na spe, & humili patientia, exspectanda  
est deuotionis gratia. Tibi tamen, &  
peccatis tuis imputa, cùm non datur,  
vel etiam occultè tollitur. Modicum  
quandoque est, quod gratiam impedit  
& abscondit, si tamen modicum, &  
non potiùs grande dici debeat, quod  
tantum bonum prohibet. Et si hoc  
ipsum modicum vel grande amoueris,  
& perfectè viceris, erit quod petisti.

3 Statim namque, vt te Deo ex toto  
corde tradideris, nec hoc vel illud, pro  
tuo libitu seu velle quæsieris, sed inte-  
grè te in ipso posueris, vnitum te in-  
uenies

uenies, & pacatum; quia nil ita benè  
sapiet & placebit, sicut beneplacitum  
diuinæ voluntatis. Quisquis ergo in-  
tentionē suam, simplici corde sursum  
ad Deum leuauerit, séque ab omni in-  
ordinato amore, seu displicantia cuius-  
libet rei creatæ, euacuauerit, aptissimus  
gratiæ percipiendæ, ac dignus deuo-  
tionis munere erit. Dat enim Dominus  
ibi benedictionem suam, vbi vasa va-  
cua inuenierit. Et quantò perfectius  
infimis quis renuntiauerit, & magis  
sibi ipsi per contemptum sui moritur,  
tantò gratia celerius venit, copiosius  
intrat, & altius liberum cor eleuat.

4 Tunc videbit, & affluet, & mirabi- *Esa. 60.*  
tur, & dilatabitur cor eius in ipso, quia  
manus Dñi cum eo, & ipse se posuit  
totaliter in manu eius usque in sæcu-  
lum. Ecce sic benedicetur homo; qui  
quærerit Deum in toto corde suo, nec in  
vanum accipit animam suam. Hic in  
accipiendo sacram Eucharistiam ma-  
gnam promeretur diuinæ vñionis gra-  
tiā, quia non respicit ad propriam  
deuotionem & consolationem, sed su-  
per omnem deuotionem, & consola-  
tionem, ad Dei gloriam & honorem.

O C A P.

## CAP. XVI.

*Quod necessitates nostras Christo aperire,  
& eius gratiam postulare debemus.*

## VOX DISCIPULI.

1 **O** Dulcissime atque amantissime Domine, quem nunc deuotè desidero suscipere, tu scis infirmitatem meam & necessitatem, quam patior; in quantis malis & vitiis iaceo; quam sæpè sum grauatus, tentatus, turbatus, & inquinatus. Pro remedio ad te venio, pro cōsolatione & subleuamine te deprecor. Ad omnia scientem loquit, cui manifesta sunt omnia interiora mea, & qui solus potes me perfectè consolari, & adiuuare. Tu scis, quibus bonis indigeo p̄æ omnibus, & quam pauper sum in virtutibus.

2 Ecce, sto ante te pauper & nudus, gratiam postulans, & misericordiam implorans. Refice esurientem mendicum tuum, accéde frigiditatem meam igne amoris tui, illumina cæcitatem meam claritate præsentiæ tuæ. Verte mihi omnia terrena in amaritudinem, omnia grauia & contraria in patientiam,

tiam, omnia infima & creata in contemptum & obliuionem. Erige cor meum ad te in cælum, & ne dimittas me vagari super terram. Tu solus mihi ex hoc iam dulcescas usq; in sæculum; quia tu solus cibus & potus meus, amor meus & gaudium meum, dulcedo mea & totum bonum meum.

3 Vtinam me totaliter ex tua præsen- 2.Coy. 6  
tia accendas, comburas, & in te trans-  
mutes; vt vnu tecum efficiar spiritus,  
per gratiam internæ vunionis, & lique-  
factionem ardētis amoris. Ne patiaris  
me iejunum & aridum à te recedere,  
sed operare mecum misericorditer, sicut  
sæpius operatus es cum Sanctis tuis  
mirabiliter. Quid mirum, si totus ex te  
ignescerem, & in meipso deficerem;  
cū tu sis ignis semper ardens, &  
numquam deficiens; amor corda puri-  
ficans, & intellectum illuminans.

## CAP. XVII.

*De ardenti amore, & vehementi affectu  
suscipiendi Christum.*

## VOX DISCIPVLI.

C Vm summa deuotione & ar-  
denti amore, cum toto cordis  
O 2 affe-

affectu & feroore, desidero te Domine suscipere, quemadmodū multi sancti & deuotæ personæ, in communicando te desiderauerunt, qui tibi maximè in sanctitate vitę placuerunt, & in ardentissima deuotione fuerunt. O Deus meus, amor æternus, totum bonum meum, felicitas interminabilis, cupio te suscipere cum vehementissimo desiderio & dignissima reuerentia, quam aliquis Sanctorum vñquam habuit, & sentire potuit.

2. Et licet indignus sum omnia illa sentimenta deuotionis habere, tamen offero tibi totum cordis mei affectum, ac si omnia illa gratissima inflammata desideria, solus haberem. Sed & quæcumque potest pia mens concipere & desiderare, hæc omnia tibi, cum summa veneratione, ac intimo fauore, præbeo & offero. Nihil opto mihi reseruare, sed me & omnia mea, tibi sponte & libentissimè immolare. Domine Deus meus, creator meus, & redemptor meus, cum tali affectu, reuerentia, laude & honore; cum tali gratitudine, dignitate, & amore; cum tali fide, spe & puritate, te affecto hodie susci-

suscipere, sicut te suscepit & desiderauit sanctissima Mater tua, gloria virgo Maria, quando Angelo euangeli-  
zanti sibi incarnationis mysterium,  
humiliter ac deuotè respondit: Ecce <sup>Luc. 1.</sup>  
ancilla Domini, fiat mihi secundum  
verbum tuum.

3 Et sicut beatus præcursor tuus, <sup>Luc. 1.</sup>  
excellentissimus Sanctorum Ioannes  
Baptista, in presentia tua lætabundus  
exultauit in gaudio Spiritus sancti, dum  
adhuc maternis clauderetur visceri-  
bus: Et postmodum cernens inter ho-  
mines Iesum ambulantem, valde se  
humilians, deuoto cum affectu dice-  
bat: Amicus autem sponsi, qui stat, & <sup>Ioan. 1.</sup>  
audit eum, gaudio gaudet propter vo-  
cem sponsi: sic & ego, magnis & sacris  
desideriis opto inflammari, & tibi ex  
toto corde me ipsum præsentare. Vnde  
& omnium deuotorum cordium iubi-  
lationes, ardentes affectus, mentales  
excessus, ac supernales illuminatio-  
nes, & cælicas visiones tibi offero &  
exhibeo cum omnibus virtutibus &  
laudibus, ab omni creatura in cælo &  
in terra celebratis, & celebrandis, pro  
me & omnibus mihi in oratione com-

O 3 men-

mendatis; quatenus ab omnibus dignè lauderis, & in perpetuum glorificeris.

4 Accipe vota mea Domine Deus meus, & desideria infinitè laudationis, ac immensæ benedictionis; quæ tibi, secundùm multitudinem ineffabilis magnitudinis tuæ, iure debentur. Hæc tibi redbo, & reddere desidero, per singulos dies & momenta temporum; atque ad reddendum mecum tibi gratias & laudes, omnes cælestes spiritus, & cunctos fideles tuos, precibus & affectibus inuito & exoro.

*Ps. 116* 5 Laudent te vniuersi populi, tribus, & linguae; & sanctum ac mellifluum nomen tuum, cum summa iubilatione, & ardenti deuotione magnificent. Et quicumque reuerenter ac deuotè altissimum Sacramentum tuum celebrant, & plena fide recipiunt gratiam & misericordiam apud te inuenire mereantur, & pro me peccatore suppliciter exorent. Cumque optata deuotione, ac fruibili vnione, potiti fuerint, & bene consolati, ac mirificè refecti, de sacra mensa cælesti abscesserint, mei pauperis recordari dignentur.

C A P.

## CAP. XVIII.

*Quod homo non sit curiosus scrutator Sacra-  
menti, sed humilis imitator Christi,  
subdendo sensum suum  
sacrae fidei.*

## VOX DILECTI.

**C**auendum est tibi à curiosa,  
& inutili perscrutatione huius  
profundissimi Sacramenti, si non vis  
in dubitationis profundum submergi.

*Qui scrutator est maiestatis, opprime-* Prov. 25  
*tur à gloria. Plus valet Deus operari,*  
*quam homo intelligere potest. Tolera-*  
*bilis, pia, & humilis inquisitio verita-*  
*ris, parata semper doceri, & per sanas*  
*patrum sententias studens ambulare.*

*Beata simplicitas, quæ difficiles*  
*questionum relinquit vias, & plana ac*  
*firma pergit semita mandatorum Dei.*  
*Multi deuotionem perdiderunt, dum*  
*altiora scrutari voluerunt. Fides à te*  
*exigitur, & syncera vita; non altitudo*  
*intellectus, neque profunditas myste-*  
*riorum Dei. Si nō intelligis, nec capis,*  
*quæ infra te sunt, quomodo compre-*  
*hendes, quæ supra te sunt? Subdere*  
*Deo, & humilia sensum tuum fidei, &*

O 4 dabi-

320 DE IMITATIONE  
dabitur tibi scientiæ lumen , prout tibi  
fuerit utile ac necessarium.

3 Quidam grauiter tentantur de fide  
& sacramēto , sed non est hoc ipsis im-  
putandum , sed potius inimico . Noli  
curare, noli disputare cum cogitationi-  
bus tuis , nec ad immissas à diabolo  
dubitaciones respōde ; sed crede verbis  
Dei, crede Sanctis eius & Prophetis , &  
fugiet à te nequam inimicus . Sæpè  
multum prodest , quod talia sustinet  
Dei seruus . Nam infidèles & peccato-  
res non tentat, quos securè iam possi-  
det , fideles autem deuotos , variis mo-  
dis tentat & vexat.

4 Perge ergo cum simplici & indu-  
bitata fide , & cum simplici referentia  
ad Sacramentum accede. Et quidquid  
intelligere non vales , Deo omnipo-  
tenti securè committe . Non fallit te  
*Ps. 18.* Deus ; fallitur , qui sibi ipsi nimium  
*& 118.* credit. Graditur Deus cum simplici-  
*Mat. 11* bus , reuelat se humilibus , dat intelle-  
ctum parvulus , aperit sensum puris  
mentibus , & abscondit gratiam curio-  
sis & superbis . Ratio humana debilis  
est , & falli potest ; fides autem vera ,  
falli non potest.

5 Om-

§ Omnis ratio , & naturalis inuestigatio , fidem sequi debet , non præcedere , nec infringere . Nam fides & amor ibi maximè præcellunt , & occultis modis in hoc sanctissimo & superexcellentissimo Sacramento operantur . Deus æternus & immensus , infinitæq; potentiae , facit magna & inscrutabilia in cælo & in terra , nec est inuestigatio mirabilium operum eius . Si talia essent opera Dei , ut facilè ab humana ratione caperentur , non essent mirabilia , nec ineffabilia dicenda .

FINIS.



OS INDEX